

Rev. Hanevinkelio Joh. Hipslette S.P.

de die 1646.

Ne graveris, Vir Revere[n]de, Affinis humanissime, quod tu-
 tiorem viam secutus prorens manusculum per tuas manus
 sororibus tradi voluerim. Adidit fiduciam experta ante
 humanitas. Quam vellem, ut voto rursus gratificandi tibi
 par esset facultas. Verum optare hoc quidem licet, spera-
 re non item. De coetero iter Italicum hucusq[ue] feli-
 citer peregrinans. Venetijs ante 6. septimanas digressi
 per agrum Bononiensem et Maream Anconitanam
 Lauretanam pervenimus, unde superato Spennino Romanam
 delati sumus. Hinc regnum Neapolitanum petivimus,
 et perlustratis stupendis istius naturae ac antiquitatis
 operibus Romanam repetivimus, ubi pedem figimus usq[ue] ad
 festum Paschaty; ex quo per Tuscanam aut statum
 Mediolanensem ac porro per Germaniam aut Galliam
 pristinos lares, volente Domino, repetemus. Inter-
 ea hic etiamnum quotidie inter veterem ac no-
 vam Romanam ambigui haeremus, illius immensos sumus,
 huius luxum ac elegantiam admirantes. Libere satis
 hic vivitur, dummodò evitetur scandalum. Novi
 parum est, praeter quotidiana. Barbarini ad ratio-
 nes reddendas à Pontifice vocati, in Galliam evasere,
 presidium à Rege imploraturi, qui et protectionem
 ipsorum suscepit; interim bona illorum hic confiscata
 sunt, prostituta fama. Annis satis obicit est Papa, ab ani-
 mum habet satis presentem, nec Gallum timet hic Petrus.
 Copia venetorum ad Candam nuper fusa sunt. Lenta sunt
 Patrum istorum consilia, lentiores adhuc apparatus. Ni-
 hil in urbe observare licet, quod bellum sagiat, interim
 certatur de regno sandis, quod quidam perditum iri
 haud vanè autumant, nisi externum implorent obti-
 neantq[ue] subsidium. Ignoscas, Vir Rev. quod diu nimis ab
 occupationibus tuis te distraho. Vale. Romae 22. Martij 1646.

Clarissimo Anò Crocio me quaeso, recommedes.
 Revere[n]do ac Clarissimo Anò Gerharδο Hanevinkelio linguarum
 Orientalium Professoři Brend. In dno Catharino praefr.